

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 64. Hæ Noaillii Cardinalis literæ Parisiis palam affixæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

ceteros verbo & exemplo a veritatis ^{Sæc. XVIII.} centro prius abduxit, ipsemet ceteris ^{A. C. 1728.} prior abjecto schismate huic centro iterum uniri desideret. Dextera tamen Excelsi in Noaillio fecit, ut Clementiæ Divinæ triumphus in eo magis elucesceret, ad confusionem illorum, qui ad meridianam veritatis lucem cæcutire maluerunt, quam pœnitentem sequi.

§. LXIV.

Hæc Noaillii literæ Parisiis palam affixaæ.

Hæc Cardinalis epistola die vigesima tercia Octobris in omnibus ferme Parisinæ Urbis compitis, necnon Ecclesiarum valvis affigebatur, ut vero insani populi a Quesnelistis concitati turbæ ac insultus prævenirentur, Regii Prætoris jussu illum, qui has literas affixerat, tres Apparitores comitabantur, pluresque alii invigilabant, ne illæ a petulanti plebe abstraherentur: insuperhabita tamen hac solertia quædam transumpta fuere abrepta, alia luto & stercore contaminata, non tamen impune; multi enim ex hisce seditionis ad carceres raptabantur: nihilominus in quibusdam locis præcipue prope Ecclesiam S. Pauli conficta

Sæc. XVIII. facta quædam Noaillii declaratio fuit
 A. C. 1728. subrogata: Vesana hæc nebulonum rabies, vanique muliercularum conatus nonnisi cum contemptu explodebantur, ne hi ex saniorum indignatione insolescerent, aut se quid hac in re valuisse crederent.

§. LXV.

Noaillius Cardinalis festivis gratulationibus honoratus.

Quamprimum Cardinalis literæ comparuerant, mox ipse datis literis Regem, & Cardinalem Fleuryum de sincera sua subjectione certiorem reddidit, cui etiam Ludovicus XV. Rex faustissimam hanc sortem gratulatus est, missa ad eum hac epistola.

Domine Cognate.

„Mandamentum tuum nuper publici juris factum tanto me affectavit gaudio, ut a me impetrare non valeam, „quin meam consolationem Tibi praefertibus hisce commonstrem: Nil unquam ardentius desiderabam, quam „ut hac via incederes, nolui tamen Te „ad id urgere, ut tibi soli hæc gloria „esset reservata: Nullus dubito, quin „Deus sua benedictione pia tua con- „filia